Dissertatio inauguralis medica de abusu purgantium in morbis venereis ... / publico eruditorum examini subjiciet Johannes Jacobus Baierus.

#### Contributors

Baier, Johann Jakob, active 1746-1749.

#### **Publication/Creation**

Altorfii : Typis Joh. Georg. Meyeri, [1749]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dgxudv39

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

# DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA DE ABVSV PVRGANTIVM IN MORBIS VENEREIS


QVAM CONSENSV ET AVCTORITATE GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

# PRO LICENTIA

SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES LEGITIME CONSEQUENDI

D. XVII. IVNII A. R. S. CIDIDCCXXXXIX PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET IOHANNES IACOBVS BAIERVS ALTORFINVS

ALTORFII TYPIS IOH. GEORG. MEYERI ACAD. TYPOGR.



影(3)器

# PRAEFATIO

Icuti in omnibus morbis, a uitio quodam fanguinis reliquorumque bumorum pendentibus, correctio non modo corruptorum, fed et euacuatio eorundem et e corpore propulsio necessaria est: ita inprimis morborum uenereorum materia excretione indiget, ne per longiorem moram et altiores agat radices.

e Facultatis Idedicae specimen inan

re, allowage weibocken, buant que

dens, de abufu purgancium in morbis

et ad euacuationem ineptior reddatur. Quo autem modo. quaeque per loca id fieri debeat, adhuc Jub iudice lis est. Adjunt intestina, canalis ille chylificationi et faecum aluinarum excretioni dicatus, in quem innumeri uiscerum infimi uentris glandularumque excretorii ductus sua exsnerant contenta; adfunt corpora illa glandulofo-tubulofa in regione lumbari sita, sub renum nomine uenientia, secretioni urinae inferuientia; adjunt glandulae saliuales uariae, fluidum ad masticationem, deglutitionem atque concoctionem alimentorum maxime necessarium elaborantes; adest tandem cutis, commune corporis integumentum, innumeris poris perforata, qui pori quotidie tantam humorum copiam emittunt, quanta per reliqua loca, ad depurandum sanguinem constituta, uix eiicitur. Ex bis instrumentis, ad materiam noxiam eliminandam aptis, eligunt medici, in omnibus fere morbis uenereis, intestina, baecque uariis, iisque fortioribus medicamentis purgantibus stimulant ad sui contractionem, materiaeque morbificae ex uniuerso corpore buc confluentis expulsionem. Rejectrunt quidem communem banc medicorum sententiam HEINSIVS et HVNDERTMARCKIVS in scriptis suis de lue venerea editis, illamque asperioribus verbis perstrinxerunt : sed quum ambo bi medici partim totalem A 2 **Salsens** 

醫(4))器

faltem gallicum morbum pertractauerint, partim nulla remedia, nifi ab ipfis praeparata, commendauerint; non plane inutilem laborem in me fuscipere mibi uideor, si, quum ex iussi Gratiosae Facultatis Medicae specimen inaugurale mibi sit edendum, de abusu purgantium in morbis uenereis, paucis disserere, aliamque methodum, quam quae aegrotantes continuis debilitat purgationibus, proponere conabor. DEVS T.O.M. buic labori clementer adspiret; B. autem L. bos meos qualescunque conatus aequi bonique consult.

MADY DEFAMIL NONESCOTTING MARKETSA

excretione maiget

me per langiorely not antiores agat radices Orborum uenereorum tam diuería natura eft, ut plane impoffibile uideatur, definitionem generalem, omnes 1 horum morborum species simul comprehendentem, fuppeditare. Sive enim diversas corum caussas, fiue uarium, quem edunt, effectum, fiue lymptomata maxime diuerfa, confideremus, sempermulta occurrent, quae nos impediunt, quo minus morbos uenereos in genere definire pollimus. Sic alias agnoscit caussas benigna gonorrhoea, alias uirulentus seminis fluxus; aliter fe habent in uiris, aliter in feminis. Lues uenerea ipfa suis gaudet gradibus, secundum quos uel leuior eft, uel grauior ; eadem quoque non uno modo propagatur mox enim uestibus, mox lecto, infectis, mox basio, mox, quod et frequentissimum, coitu cum impura persona celebrato, cum altero communicatur. Symptomata etiam non minus inter le differunt, adeo, ut longam corum feriem recenfere possem, fiinstituti ratio id requireret. Tam arduum itaque quum sit, adductas ob causs, morbos uenereos in genere definire ; liceat mihi fingulos iftos nunc falcem recenfere, descriptiones aurem illorum ad specialem cuiusque tractationem referuare. Ex his itaque, progrediendo a leuioribus ad grauiores, primum occupabit locum pollutio; secunda species crit

erit gonorrhoea benigna uirorum, et fluor albus mulierum

鹤( 5 )器

benignus; hunc fequetur uirulentus feminis fluxus, tam in fexu potiori, quam fequiori, cum fuis fymptomatibus; tandem lues uenerea totalis fuccedet.

monerala soboes not

IGI

Ad hos morbos curandos apprime utilia esfe, imo in nonnullis omnem paginam absoluere medicamenta purgantia, autores affirmant. Vt itaque maiore cum certitudine iudicare poffimus, an reuera tanti fint usus; modum illorum in corpus humanum agendi, quemque effectum, in iusta quantitate exhibita, exferant, nunc contemplemur. Agunt autem particulis suis falino - sulphureis, acribus, in membranas uentriculi et intestinorum nerueas et musculosas, quas ad celeriorem motum peristalticum producendum exstimulant, ut non modo eruditates in se contentas, sed et in uicinis partibus stabulantes humores peccantes, constrictis per consensum, quem habent cum intestinis, uasculis continentibus, per aluum e corpore expellant. Saepius quoque altius serpunt, et particulas subtiliores in uentriculo solutas ad ipsam M.S. dimittunt, quae lympham coagulatam in aliis locis uel plane stagnantem, uel ad minimum tardius progredientem resoluunt, attenuant et ad excretionem disponunt, quae excretio ob stimulum in inteftinis praesentem, quo mediante humores a peripheria ad interiora corporis loca alliciuntur, per aluum instituitur. Adhiberi itaque purgantia non modo possunt in cruditatibus primarum sic dictarum uiarum, cuiuscunque sint generis, fiue acidae, biliofae, pituitofae, aliaeue fint; uerum etiam in morbis quam plurimis, a sero et copia et spissitudine et acredine peccante ortis, uti sunt hydrops, leucophlegmatia, scabies etc. Sic quoque non negari potest, eadem variis in morbis ad nimium affluxum humorum, uel iam iam corruptorum, uel facile ob uim ueneni cuiusdam, alium locum

occu-

器( 6 )器

monutrous; camlein fues

Verum enim uero salutares hi effectus respiciunt tantum rectum catharticorum usum, qui non modo accuratam quantitatis et qualitatis eorum observationem exposcit, sed etiam, ne nimis frequenter porrigantur, requirit. Damnum enim, quod purgantia una faltem uice, fed in nimia quantitate, exhibita corpori humano inferunt, quotidiana quidem, fed maxime triftia exempla oftendunt eorum, qui uel ex incuria pharmacopoei, uel, quod frequentissimum, ex ignorantia medicastrorum et circumforaneorum tantam purgantis cuiusdam copiam assumunt, ut fere una cum excrementis uitam et spiritum reiiciant. Concomitantur taliusmodi medicamenta lipothymiae, fyncopae, hypercatharfes, erofiones uentriculi et intestinorum, tormina uentris enormia, sanguinolentus alui fluxus etc. subsequuntur icterus flauus, lienteriae, febres hecticae et innumeri alii morbi, quos hic recensere tempus non permittit. Eadem fere pathemata comites habent purgantia illa, quorum partes constitutiuae corpori nostro ex sua natura sunt inimicae, quorum tamen usus medicastris frequentissimus est, uti sunt resina scammonii, colocynthides, gummi guttae, elaterium, et hoc genus alia, quae particulis suis acerrimis, salinis, uere causticis, parietibus uentriculi et intestinorum adhaerent, eadem irritant, ut non modo spasmi uchementes exinde oriantur, sed et inflammationes, gangraena et sphacelus finem uitae imriting in morbis quan planting a for ponant. pur de acredine pèccanic e ries mi fanch vézonsi leau

### maile, frabies coc. Sie «.VI no. 2 con pegari potelt , endem

Quum itaque purgantia huius generis, semel tantum exhibita, tot producant morbos grauissimos, quanto maior 13(7)器

ior noxa exspectanda erit ex saepius repetito corum usu? Nemo enim fibi perfuadebit, ac fi nulli nifi corrupti humores e corpore nostro per illa remedia eliminentur, saluis et intactis laudabilibus fuccis ; fiquidem irritatio illa in inteftinis facta omnes quasi humores conuocat, qui etiam co facilius ad hunc locum concurrere possunt, quo magis iam resoluti funt a particulis purgantium subtilioribus, ad M. S. amandatis. Praeter illa fluida a remotis partibus ad inteftina alle-Eta, proximiora quoque uiscera suos humores in canalem istum exonerant. Euacuantur hoc modo in nimia quantisate bilis utraque, succus pancreaticus, liquor glandularum intestinalium pariter ac mesaraicarum, aliique, qui partim ad mixtionem partium chylum constituentium intimiorem, partim ad diluitionem eiusdem, partim ad excretionem faecum aluinarum maxime sunt necessarii. Sanguis ipse priuatur lympha sua tenuissima, motum eius adiuuante; ille ipse hoc modo spissior factus, tardius progreditur, imo et stagnat in uisceribus ; haec obstruuntur; exinde ortum capiunt he-Aicae, atrophiae, passiones hypochondriacae, obstructiones alui pertinacissimae, et plures alii morbi, chronici praefertim, qui et progressu temporis funesti utplurimum esse folent. Sed noxium catharticorum iteratis uicibus exhibitorum effectum, sentiunt inprimis ventriculus et inteffina, quae primum illorum impetum suftinere debent; hinc ob frequentius excitatos spasmos, atoniam nunquam non relinquentes, horum tonus adeo deiicitut, ut appetitus proftratio, debilitas et inflatio uentriculi, digestio laesa, colica flatulenta, aliaque partis cuiusdam atoniam sequentia pathemata semper praesto esse soleant. a)

 De commodis et noxa purgantiumuid. Excellentiffimi Dom. Doft. WEISSII, Patroni et Praeceptoris mei ad cineres usque colendi, diff. de abufu purgantium in recens natis. De damno autem eorundem conf. FR. HOFMANNI Syft. M.R. Tom. II. Part. II. cap.V. S.XI. fegg.

§. V.

彩(8)器

S. V. Expolito nunc falutari et nociuo medicamentorum purgantium effectu, breuihus quoque in uirtutes sudoriferorum et diureticorum inquiramus, et quo modo, quibusque sub eircumstantiis catharticorum in locum substitui possint, dispiciamus. Ambo haec, diaphoretica nempe et urinam pellentia, remedia, uno fere eodemque modo in humores corporis nostri agunt, resoluendo succos coagulatos, spilfos, tenaces, ad excretionem minus aptos I.) acidum, fluiditatem sanguinis impediens, destruendo et imbibendo; 2.) citatiorem motum fanguinis particulis suis sulphureis uolatilibus excitando, quem motum attenuatio et resolutio humorum sequitur; 3.) diluendo sanguinem partibus, quibus gaudent, aquosis; 4.) incidendo mucum uiscidum, tubulos tum cutis, tum renum obstruentem ; 5.) temperando nimium humorum motum, excretionem debitam impedientem. Hinc nisi excretoria inter se diuersa essent loca, dum nimirum remedia illa, ui quadam specifica, a nemine adhuc sufficienter demonstrata, fluida humani corporis nunc ad peripheriam, nunc ad renum substantiam agunt ; nec morbi cuiusdam natura praecife hunc uel illum excretionis locum exposcat, unum horum medicamentorum alterius locum commode explere posset. Verum non modo inter se conueniunt, sed et, quoad actionem in sanguinem, purgantibus similem edunt effectum. Haec enim, uti ex S. II. patet, subtiliores quasdam particulas ad sanguinem dimittentia, resoluunt et attenuant uiscidos humores, uel salibus, quae continent, uel frequentiorem humorum motum excitando ; quam uirtutem diaphoreticis et diureticis inesse, ex ante dictis sufficienter constat. Habeo in hac re consentientem PECHLINVM b) naturae purgantium fedulum indagatorem, EISSII. Patroni et Praecentoriamei ad chieres u dicen-

) in Trad. de purgantibus Cap. XX. p. 222.

铝( 9)器

dicentem : a uomitoriis non tantum et lenitiuis, leui differunt modalique circumstantia iusta purgantia, sed et a sudoriferis et diurcticis : neque enim toto genere differre possibile est, quae idem habent obiectum, omnes sine discrimine bumores, eosdem fere motus terminos, commune centrum cor, carceresque uenarum extrema. Nam qui in sudoribus bumor ad habitus superficiem, cutaneasque glandulas propellitur, in urinis ad renalia cribra, tubulatasque papillas; in purgatione autem ad pancreatis, bepatis, totiusque intestini glandulos recessus exponitur : ille, inquam, humor ab uno passim corde impulsus, per communia arteriarum oscula in suas euomitur cauitates. · Postea sententiam suam, quod nempe tam uomitoria, quam purgantia et sudorifera, mediante acido quodam uim suam exserant, proponens, pergit; ut propterea sub eodem genere collocanda esse et purgantia et sudorifera credam, quod uno eodemque opposito, acido, omnium perinde uis eleuetur ; idem enim acidum, ut e uomitorio purgans confecit. e purgante rursum sudoriferum diureticumque, et tandem insensibile alterans concinnat; cumque acidi eiusdem non nisi una sit forma, una acuminum facies, certe, nis in oppositam sibi formam, contrariamque aciem, et nisi per unum simplicemque modum non aget. Quare uomitoria a purgantibus, utraque rursus a sudoriferis secundum magis et minus differre existimo, singulorum naturam definiente To modali, non forma aut differentia specifica. Tandem conuenientiam diureticorum cum purgantibus his oftendit uerbis : quod autem de diaphoreticis dico, de ipsis quoque diureticis dici potest; nam et in urinas abeunt purgantia, quodque ab aluo exspectabatur, in uesicam protinus incumbit. Nimirum quando sanguinis temperamentum potentius est, quam ut fermentationem admittat, leui et superficiali inducto motu, fluidius modo serum in renum praecipitant receptacula, quodque pluribus circulationibus ab aluo non poterant, uno alteroque circuitu in uesicam reiiciunt. Hinc B

Hinc qui ad purgantis baustum mature et multum meiunt, purgationes aut nullas babebunt, aut certe leuiores, utcunque uebemens medicamen fuerit. Haec Pechlinus; cuius quamuis theoria et explicatio modi agendi remediorum ueterum redoleat sententiam, res tamen semper uerae et ab experientia pariter ac ratione probatae manebunt.

### §. VI.

Respectu itaque faltem habito ad depurationem sanguinis generalem, neque praesentibus aliis circumstantiis electionem huius uel illius loci excretorii prae altero poscentibus, et purgantia sudoriferorum ac diureticorum, et haec illorum uices agere poffunt. Tantum autem abest, ut eadem quoad fecuritatem in unam classem referam, ut potius catharticis, ob noxas S. III. IV. descriptas, ultimum assignem locum. Sicuti enim partibus corporis humani, in quas ista triplicis generis remedia agunt, non eadem est sensibilitas : ita nec principiis, quibus agunt, eadem uis eft. A sudoriferis ac diureticis nunquam noxii illi effectus, quos purgantia producunt, funt timendi. Siquidem nullos in uisceribus spasmos excitant, hinc nulla atonia sequi potest, hinc quoque morbos S. III. IV. recensitos nequeant inducere. Non illis tanta est acredo et corrosiua indoles ac purgantibus, nulla hinc inflammatio, nulla erofio, nulla denique gangraena post illorum usum metuenda est. Privatio quoque nimia fluidi cum cruore circulantis illorum adhibitionem sequi haud poterit, quum et per se iam uniuersam M. S. attenuent, et uel ipfa copiofo principio gaudeant aquofo, uel, quod et ad eorum actionem promouendam maxime neceffarium eft. infusa et decocta liberali haustu superingerantur. Certum quidem eft, et cum sudore et urina, in magna quantitate excretis, multas particulas laudabiles una cum corruptis e sorpore nostro expelli; ut itaque in hoc passu non maius commo鹄( 11 )器

commodum a sudoriferis et diureticis ac a purgantibus exspectandum esse uideatur : uerum in eo omnino magna intercedit differentia, quod nimirum illa non turbent actionem uentriculi et intestinorum, chyli boni et nutritii elaborationem non impediant, ut hinc locus partium illarum, conferuationi corporis destinatarum, per cutem et renes expulfarum, nouis succedentibus semper compleatur; id quod autem de purgantibus nunquam probari poterit, dum ex §. III. IV. fatis pater, et uentriculum et intestina ualde ab illis laedi, fuccos chyli perfectionem iuuantes in nimia quantitate per aluum excerni, et propter ea uel nullum, uel crudum, nec sufficienter elaboratum chylum sanguini affundi. Sed S. II. tribuimus quoque, praeter reliquos falutares effectus, purgantibus uim quandam, humores a loco in alium locum magis conuenientem diuertendi, quam actionem utplurimum reuulfionem uocare solent medici; haec an in sudoriferis et diurcticis inueniatur, quaestio est, ad quam autem affirmative respondere non dubito; illi enim humores, qui a catharticis ad interiora conuocantur et per inferius os excernuntur, a sudoriferis ad peripheriam corporis delati, per poros cutis, a diureticis ad renum substantiam maiori in copia adacti, per ureteres, uesicam et urethram exitum suum inueniunt. Tandem et maximum illud fastidium, quo plurimi hominum purgantia auerlantur, praegnans ratio mihi uidetur, cur iisdem extremum tribuam locum. Quid enim opus est, ut aegrotantes medicamentis gustui maxime aduerfis excrucientur, quum alia adiint et odore et fapore grato sele commendantia? Medico enim non solum, ut cito et tuto, sed et ut iucunde fanet, studendum est.

### S. VIL

Superesset adhuc, ut pertractatis reliquis euacuantibus, ad morbos uenereos adhiberi solitis, pauca quoque adiicerem de B 2

貂( 12 )器

de primario lue gallica laborantium auxilio, faliuatione nimirum: uerum quum in omnibus libris practicis fatis superque iam de hac actum sit, nec facile indicata saliuatione purgantia locum habeant; hinc tractationi huic supersedere; moxque ad speciales morborum uenereorum curationes progredi mihi licebit.

### surent da nurgantibas a. VIII. auditmegnun ab manu:

Primum inter hos locum, a leuioribus incipiendo, occupat gonorrhoea benigna cum pollutione, tanquam specie prioris. Ambo hi morbi confiftunt in excretione feminis et liquoris prostatarum inuoluntaria, hac tantum cum differentia, quod in pollutione liquores illi cum sensu uoluptatis eiaculentur, ceffante postea ad tempus illorum fluxu; in gonorrhoea autem guttatim et praeter titillationem continuo ex urethra exstillent. Caussae pollutionis sunt utplurimum uel nimia quantitas, uel nimia spirituascentia, imo et acredo seminis. In primo et secundo casu uascula semen continentia a copia eius uel partibus, quas continent, spirituosis, nimis expansa, spastice se contrahunt, fluidumque in se reconditum expellunt; pari ratione ac in uesica urinaria observari potest. cuius fibrae mulculofo - nerueae ab urina, ad fummum, quem pati poffunt, extensionis gradum euectae, sponte sele contrahunt, et lotium extra suum receptaculum propellunt. In tertio casu acres saltem particulae in semine nonnumquam habitantes uesiculas ftimulant, quae, utpote multis instructae neruis, admodum pronae sunt ad contractionem. Sed nolo pluribus theoriam huius morbi perferutari, quum proprie ad scopum meum non pertineat, sed potius ad therapiam eius me conuerto, quae in eo confistit, ut I.) nimia quantitas seminis imminuatur, uel uitiata qualitas corrigatur; 2.) partes, a frequentibus spasmis debilitatae, roborentur. Fuerunt quidem 23

彩(13)詩

quidem medici c), qui aliis persuadere uoluerunt, ac si pollutio et gonorrhoea benigna nulla indigerent curatione, quia, uti uolunt, ipsi tandem ceffant absque ullo remedio adhibito: uerum experientia aliud nos docet, quum tot prostent exempla aegrotantium tabe neruina confumtorum, quam semper uel immodicae pollutiones, uel diuturnior feminis fluxus praccesserunt d). Hinc omnino remediis opus est, quorum materia secundum indicationes eligi debet.

## S. VIIII obir aurition sinodo obom

or su , suscupituni

Confiderandum itaque nunc uenit, an purgantia ab au-Aoribus e) laudata curationis scopo satisfacere possint, ita, ut absolute fint necessaria ; an uero potius contra indicantia, usum illorum uctantia, occurrant ? Prima indicatio postulat, partim ut nimia quantitas, partim ut uitiofa seminis qualitas tollatur. Spermatis masculini iusto copiofior elaboratio prouenit a cibo potuque laudabilem chylum, eumque in magna quantitate suppeditante, a digestione et chylificatione bona, tandem et a sanguificatione rite pro-B 3 ifish and ceden-

- ·) Inter quos eminent GOHLIVS et WEISBACHIVS, quorum prior in Praxi clinica curationem horum morborum plane omifit; alter autem expreffis uerbis therapiam tanquam uanam reiicit in tr. germanico, cui tit. Eur aller menschlichen Rrandheiten, cap. de gonorrhoea pag. 345.
  - a) conf. IOH. MAVR. HOFMANNI Syntagma pathologico therapeuticum Lib. II. cap. CCIII. pag. 735. GOHLIVS l. c. cap. De goporrhoea 6.2.
- e) uid. Von LINDERN speculum Veneris cap. VIII. Vbi quidem autor faltem commendat laxantia leniora, an autem secundum propria monita egerit suadens, ut pro una dosi Mass. Pill. de succin. Crat. 33 Extr. helleb, nig. gr. viij. refin. fcammon. gr. v. uel Extr. rhabar. gr. xv. Refin. ialapp. gr. viij Qrii dulc. gr. vj. exhibeantur , aliis diiudicandum relinguo. (y) White I want the P. Mar organitie S. V

cedente. Ad hanc cauffam pollutionis tollendam nullum indicans pro purgatione inuenio. Nullae adfunt cruditates in primis uiis, non mala digestio, nulla in genere humorum deprauatio, testantibus hoc, digestione, chylificatione et sanguificatione perfectis; hinc si purgantia adhibentur, nullum alium in finem id fieri poteft, quam ut methodice uiscera debilitentur, et quo minus actiones suas legitime peragant, impediantur. Nec dubito affirmare, quod fracta etiam hoc modo corporis nutritione, tantum absit, ut morbus ipse imminuatur, ut potius per cathartica maius capiat incrementum. Quum enim, testante hoc FRID. HOFMANNO f) purgantia saepius uehementer stimulent ad Venerem, non potest non a fanguine, in maiore quantitate in partes genitales irruente, maior quoque seminis copia elaborari, ut propterea morbi caussa magis augeatur, quam tollatur. Quod et eadem medicamenta ad fanguinis et seminis immodicam spirituascentiam et uim expansiuam minuendam minus commode adhibeantur, ex iis, quae paullo ante diximus, fatis intelligi poteft; praecipue quum remediis ad hoc malum et tutioribus et efficacioribus non destituamur. Acredo tandem seminis, cui cruditates primarum uiarum acidae pabulum praebent, prae aliis pollutionis causiis cathartica exposcere uidetur, ut obstructo mali fonte, id ipfum uel sponte cesset, uel facilius aliis mediis emendari possit. Verum ea est acidi conditio, ut huius copia in primis uiis praesente, purgatiua uis etiam fortiorum catharticorum omnino destruatur; e contrario autem cum abforbentibus adhibitis acidum sele coniungat, ex qua coniunctione sal quoddam amarum, aluum soluendi uirtute gaudens, progignitur, ut hinc duplicem eumque exoptatisfimum effectum absorbentium in hoc morbo experiamur g). Nec huius-

modi

鹄( 14 )器

f) l. c. Tom. II. P. II. cap. V. S. XII. in fchol.

g) id. l. c. Tom. II. P. III, cap. III. S. VI. in fchol.

modi medicamenta folas deftruunt cruditates uentriculi et inteftinorum; infimul etiam acrimoniam fanguinis ipfus temperant, particulasque acres et ftimulantes, blandum fudorem mouendo, ex uniuerfo corpore eiiciunt. Quae hactenus diximus, inutilitatem purgantium ad primum curationis fcopum obtinendum fatis monstrabunt, quod ad autem alteram indicationem, reftitutionem fc. toni et roboris partium a crebrioribus spassingentem in modum deiectarum, plane nihil ualeant, quilibet leui faltem rerum medicarum cognitione tinctus, facile perspiciet.

Breuissimis nunc methodum medendi, uti quidem nobis uidetur, magis conuenientem prae illa, quae purgantia suadet, indicabimus. Quod itaque ad primam attinet indicationem pro copia seminis imminuenda, e diaetetico fonte commendanda abstinentia a cibo et potu ualde nutriente, ab otio et nimia quiete; e contrario conueniunt uictus parcus, uita laboriofa et frequens corporis motus; e pharmacia autem petenda remedia semen imminuentia, u. gr. endiu. portulac. lactuca, nymph. ruta, femen cannab. agni casti, fem. 4. frig. mai. (), camphora, Tinct. flor. rof. tunic. papau. rh. Externe unguent. alb. camph. etc. acet. rofac. ol. rutae aliaque. Pro nimia spiritualcentia seminis et uniuersae M. S. eorumque nimio intrinseco motu, ut et ui expansiua temperanda, conueniunt praeter mox laudata aquea et refrigerantia, omnia acida, cuius generis funt fuccus limon. berber. ribium, granat. O effent. acetofellae etc. Pro acrimonia seminis demulcenda conducunt absorbentia uaria oc. 69. conchae, mater perl. ± diaphor. fuccin. alb. it. gelatinofa et mucilaginofa, gelat C. C. rad. scorzon. G. arab. tragac. serum lactis etc. Expedita sic prima indicatione, nisi morbus remediis his recensitis obediar. finition material in Schulzbing, and XI, W 14, allique,

diat, ad alteram progrediendum eft, et follicite curandum, ut partes priftinum acquirant tonum; quem finem roborantibus et adftringentibus remediis obtinebimus; huius cenfus funt pro interno ufu, cryftall. mont. corall rub. os fep. flor. rofar. balauft. rad. torment. biftort. cort. granat. fucc. acac.  $\forall$  catechu, fanguis dracon. crocus  $\sigma$  adftringens etc. Externe iuuant unguenta et emplaftra ex adftringentibus et roborantibus parata, et balnea inprimis aquae frigidae. Quo iure autem, uel quem in finem von LINDERN b) in pollutione nimia, nec praeftantiffimis remediis cedente, faliuationem commendare poffit, nefcio, praecipue quum auctor ipfe nullas rationes, pro confirmanda fua fententia, reddiderit.

\$3( 16 )S

### -mihai mainterenting he §. XI.

Succedit nunc gonorrhoea benigna uirorum ; quid fit et quomodo a pollutione differat, (S.VIII.) iam indicatum eft. Eaedem quoque fere caussae sunt ac pollutionis, nisi quod nonnunquam, ob serosum universi corporis habitum, ipsum femen magis aquofam induat indolem, et, uti in subiectis phlegmaticis fibrae corporis femper iufto laxiores inueniuntur; ita quoque uesiculae seminales eo, quo gaudere deberent in naturali statu, robore priuatae sint, quae debilitas eo facilius in plenariam abit atoniam, quo frequentiores spafmos partes genitales, uel a saepius accidentibus pollutionibus, uel nimio Veneris exercitio, funt expertae. Ad has uero cauffas abigendas nullis aliis indicationibus, quam quas (S. VIII.) ad pollutionem curandam, proposuimus, indigemus. Hinc etiam iisdem rationibus usus purgantium i) reiici posset, nisi serosus universi corporis habitus aquositatem nimiam seminis

i) Extollunt purgantia Von LINDERN. I. c. cap. IV. HEISTERVS in feinem medicinischen Sandbuch, cap. XI. §. 51. aliique.

b) 1. c. cap. VIII. §. 21.

彩( 17 )器

minis inducens, medicamentis purgantibus phlegmagogis emendandus effe uideatur. Verum hoc in cafu sudorifera catharticis anteponenda esse, firmiter statuo. Quum enim ex S. V. seq. fatis pateat, modum catharticorum et sudoriferorum in languinem agendi unum esse eundemque, quilibet in eo mecum consentiet, quod et gratius et tutius medicamentum nauleolo et non omni periculo carenti sit praeferendum. Nec damna illa generalia, frequentem purgantium usum presso pede sequentia, sola me impulerunt, ut horum exhibitionem diffuadeam ; ipla huius morbi natura contra illa pugnat. Diximus nimirum (§. IX.) et HOFMANNI testimonio corroborauimus nostram sententiam, quod purgantia faepius in partes genitales agant haud aliter, quam aphrodisiaca. Hoc cum ita sit, nonne malum exinde ingrauesceret? Nonne maior humorum affluxus ad has partes, antea iam debilitatas, inuitaretur ? Nonne semen, a copiosiore fanguine in tefticulos impulso, etiam in maiore quantitate seceneretur ? cuius minori copiae retinendae quum impares effent uesiculae seminales, qua ratione molem eius auctam continebunt ? Et has ob caussas reuulsio quoque humorum a parte affecta nullum locum habet, quem tamen finem medici fimul cum euacuatione seri abundantis per purgantia impetrare fludent.

§. XII.

Sed purgantia, eaque repetitis uicibus exhibita, reiicientes, non omnino excludimus lene quoddam laxans remedium, in initio curationis propinandum. Hoc autem faltem intellectum uolumus de eo cafu, in quo ob digeftionem laefam non modo totum corpus, fed in specie primae uiae multis crudis succis obrutae sunt, ita, ut remediorum stomachicorum, uisceralium actio irrita effet, nis illae cruditates prius amoueantur. Euacuatis itaque uentriculo et intates prius amoueantur. 鹄( 18 )舒

testinis, reliqua medicatio secundum caussas est instituenda; Hinc in quantum hae cum cauffis pollutionis conueniunt, in tantum etiam eadem methodus, quam (S. X.) uidere licet, locum habebit. Quod autem ad abundantiam feri lymphatici, totum corpus et in specie genitales partes obsidentis, minuendam attinet, id a sudoriferis commodissime et citra omnem noxam perficitur. Et haec quoque prae reliquis euacuantibus huic morbo medebuntur; de purgantibus enim corumque incommodis (§ praec.) diximus; diuretica autem quamuis in aliis morbis sudoriferorum uices agere poffint, tamen in hoc malo ob uim, qua pariter ac cathartica ingenitales agunt partes, una cum his merito reiiciuntur. His contrariam uirtutem inuenimus in sudoriferis, quae humores ad corticem corporis propellendo, atque hoc modo reuulfionem praestando, curationem adjuuant. Innuunt hoc uerba FR. HOFMANNI m), qui, postquam balnea frigida, seruato postea in lecto calefacto regimine diaphoretico, ad pollutionem fanandam laudauerit, et mirum profecto est, inquit, quomodo non modo totum corpus inde roboretur, sed et, transpiratione interdum ad sudorem usque aucta, optime humorum a parte affecta fiat derivatio. Exoptatistimus fane hic eft effectus sudoriferorum, ita, ut his in usum uocatis primae indicationi omnino fatisfiat. Iungi huiusmodi remediis poffunt roborantia interna pro altero curationis fcopo affequendo, quorum materia ( §. X. ) iam indicata est; hoc tantum tenendum, quod in gonorrhoea, praesertim inueterata et habituali, fortiora adstringentia sint eligenda, dum in hac maior semper adsit atonia, quam quae nec in pollutione, nec in incipiente seminis fluxu observatur. Sic externa quoque non modo sub linimentorum, sacculorum et emplastrorum forma applicanda, iniectiones ipsae in urethram

m) I. c. Tom, IV, Part. IV, cap. XVII. S. VII, curat.

urethram ex roborantibus et neruinis paratae optimum pracstabunt effectum ; hoc enim modo remedia illa immediate ad partem affectam perueniunt, et consequenter maiore agere possunt efficacia. Quid autem circa saturnina, tam interne, quam externe adhibenda, obseruandum sit, quorum usus in gonorrhoea curanda frequentissimus esse solet, in tractatione gonorrhoeae uirulentae indicabimus.

彩( 19 )器

### Service S. XIII.

Morbus, qui cum gonorrhoea uirorum benigna ualde conuenit, fluorque albus feminarum benignus nuncupari solet, tertium inter morbos uenereos locum occupat; et est continua materiae mucolae, plus minus acris et foetidae, e uagina uteri excretio, in plerisque mulieribus fluxus menstrui tempore cessans. Nonnulli auctores gonorrhoeae benignae mulierum nomen illi imponentes, fine dubio id faciunt in gratiam sententiae antiquiorum medicorum, liquorem illum e lacunis uaginae uteri, in coitu inprimis, erumpentem, pro semine sexus sequioris prolifico habentium; sed postquam, detectis ouariis, horumque usu aperte demonftrato, erronea ueterum sententia cecidit; cum accuratioribus medicis fluoris albi nomen iure retinetur. Cauffae huius morbi primariae confistunt in exsuperantia seri mucosi totius corporis, et laxitate nimia glandularum, ut et omnium uasorum, genitales feminarum partes cingentium. Digeftio et chylificatio laesae multum ad hunc morbum producendum faciunt, ita quoque mensium suppressio, partus laboriosus, Venus nimia, et in genere omnia, tonum uteri et adiacentium partium destruentia, caussam huic malo possunt subministrare. Vt itaque morbum fouentes caussas abigamus, omni studio tentandum est 1.) ut totum corpus a nimio sero mucoso liberetur ; 2.) genitalibus partibus pristinum robur, una cum chylificatione integra, restituatur. Lici ( C 2 . IVA des to Ad

锡( 20 )器

Ad serositatem corporis mucosam expurgandam, si, quod utplurimum effe solet, digestio turbata et sordes in uentriculo atque intestinis praesentes sunt, euacuatio omnino locum habet, sed purgantia n) stricte sic dicta exulare debent, dum uiscera, ciborum concoctioni et chylificationi dicata, in sua actione ab illis turbantur et impediuntur, (S. III. IV.) ad quorum tamen conservationem eo magis attendendum est, quo felicius curatio succedit, si haec in integrum restituuntur. Profunt potius in grauiori malo, fordibusque adhuc in uentriculo haerentibus, leniora uomitoria ex radice ipecacuanhae parata; in leuiori autem laxantia lenia, quae tum mucum uiscidum incidunt et resoluunt, tum eundem per inferius os subducunt. Prouoco hac in re ad iudicium FR. HOFMANNI 0) dicentis: primo itaque, in fluore nimirum albo benigno, studendum est, ut primae uiae a sordibus excrementitiis expurgentur; quod tamen non per remedia ualide commouentia ac purgantia, sed potius per benigna et mitiora, quae repetita dosi per epicrasin operantur, debet praestari. Nec medicamenta, quanquam leniffima, fola laxandi uirtute praedita, adhibenda sunt, sed cum balsamicis, amaris et roborantibus coniungenda; atque hanc ob cauffam FR. HOF-MANNVS p) rhabarbarum et ex eo parata remedia extollit, dum, ex omnibus uero, inquit, laxantibus in boc morbo proficuis certe rhabarbarina eminent ; eo, quod praeter laxantem, etiam blande balfamicam et amaricantem recondunt uirtutem, quae acidum uitiosum corrigit, partesque simul deie-Stas egregie roborat. Euacuatis fic primis uiis ferum mucofum

 a) haec tamen laudantur a IVNGKENIO in Manuali practico pag.
166. feq. ab HARTMANNO in Praxi chymiatr. Lib. II. cap. CCXXI. cuius tamen fententiam IOH. MAVR. HOFMANNVS in Not. ad hoc caput iam rejecit, Jussica, inquiens, et acriorum colliquantium purgantium usum maxime noxium hic reputamus.
c. cap. XVI. 6. III, curat. P) ibid. fum cum fanguine circulans refoluendum et attenuandum per appropriata medicamenta, atque tandem uel per poros cutis, uel per renale cribrum exterminandum eft, ut hoc modo iufto maiori affluxui humorum ad uterum et adiacentes partes uia praecludatur. Imo fi ulla, certe diuretica, magnam in hoc morbo praeftabunt opem; ita enim vOLCKA-MERVS q) propria experientia edoctus refert, fe ad exemplum Galeni, qui uxorem Boethi, fluore albo laborantem, blandioribus diureticis fanauerat, mulierem quandam eodem malo decumbentem, nullis aliis remediis, quam Eff. parreirae brauae tartarifata et pillulis ex extr. myrrhae et cort. Winter. paratis, feliciter reftituiffe.

### S. XIV.

Haec dum agimus, fimul ad alterum fcopum attingendum remedia interna tonica et roborantia funt propinanda ; huius generis funt Eff. fuccini, Ligni aloes, Tinctura antim. tartaris. A. C. C. Liqu. C. C. fuccin. Tinctura ton. Stahl. et Starck. Externe balnea, iniectiones ex Herba maioran. faturei. meliff. menthae, matricar. chamom. origani, rorifmar. baccis lauri; fuffimenta ex tacamahaca, maflyche, fuccino, benzoe etc. inunctiones ex balfamis et fpiritibus neruinis, ualde efficacia erunt. Tandem ad digeftionem et chylificationem reftaurandam profunt Elix. balfam. amar. Hofmanni, Eff. abfinth. comp. Ligni aloes, cafearillae, cort. chin. pillulae ex extractis ftomachicis e. gr. cent@r. min. calami aromatici, cafcar. millefol. menth. Zedoar. etc. paratae.

### 5. XV.

Ex omnibus uenereis morbis purgantibus uexatissimum nunc aggredior, gonorrhoeam quam uocant uirulentam, C 3 ad

1) in E. N. C. Cent, I. II. pag. 304. in append.

貂( 22 )辞

ad cuius curationem omnes auctores, paucis forsan exceptis, uno quasi ore usum commendant catharticorum, adeo. ut eadem reliquis, cuiuscunque sint generis, medicamentis anteponere non dubitent. Sic SYDENHAM r), maximum quon-"dam Angliae decus, gonorrhoeam, inquit, quod attinet, "in remediis catharticis, quantum huc usque usu comperi-"mus, curationis omnis cardo uertitur; quorum auxilio uel "educitur humor peccans, uel procuratur diuersio succorum "corporis naturalium, qui aliter hosti in pabulum cederent. "Quamuis autem tum ratio, tum experientia mihi dictant, "hunc morbum a quolibet demum cathartico saepe, diuque " exhibito sanatum iri, ea tamen caeteris deacuzoreea mihi "uidentur, quae bilem, maxime uero, quae ichorem serosum "fortiter e sanguine expurgant et subducunt. Et postea s) confirmat suam thesin his uerbis : catharsis bic, in gonorrhoea sc. uirulenta, ad instar omnium est. Et profecto clariffimus hic auctor ipso facto comprobauit, se, dum purgantia larga manu exhibenda suaserat, non uana loquutum esse, nec se aliis suasisse, quo non ipse uti uellet. Non enim co contentus erat, ut aeger per quatuordecim, imo plures adhuc, dies quotidie satis forti purgante uexaretur; alios adhuc quatuordecim dies addiderat, quibus durantibus, quouis altero die patiens idem remedium assumere cogebatur. Nec finitis his diebus plane a purgantibus abstinebat, ipse "enim dicit : sufficit, ut bis in septimana sumantur pillulae, "donec humor ex urethra stillare solitus prorsus euanescat, "quod utplurimum non nisi post multos dies contingit. Egregium sane solatium pro aegrotante, qui per integras quatuor septimanas uchementiam purgantis drastici perpessus est, quod illum nunc per multos adhuc dies eodem medicamento, bis in septimana assumto, corpus plane destruere oporteat. Sed certum

e) in E. N. C. Cent. L. H. pag. gop in append.

r) in opusculis Epist. respons. 2. pag. 391.

s) ib, pag. 395.

鹄( 23 )器

certum eft, praeter SYDENHAMIVM nullum medicorum, quantum mihi quidem constat, eiusmodi medicamentis in tanta quantitate usum fuisse, nisi forsan illi acquiparare uclimus DE LA METTRIE, Medicum Parisiensem t), qui reiectis omnibus aliis remediis tantum purgantia draftica, hydragoga admittit, eaque saepius reiterare praecipit. Quanquam autem reliqui medici non quotidie, nec per tam longum temporis spatium, cathartica exhibenda suadeant, interim tamen summis eadem extollunt laudibus, atque fat larga manu porrigunt. Sufficiat, ex omnibus unum allegare BOERHAAVIVM u). cuius uerba, dum curationem gonorrhoeae proponit uirulentae, fic se habent : Wann auch die Purgier - Mittel aus der Ialappa, dem bermodactylo, scammonio, Sennes - Blättern etc. in einer Kranckheit dienlich, so sind sie es fürnemlich in dieser; dann wann sie offt gebraucht werden, haben sie die Krafft, das Blut in Walfer zu verwandeln, diese binunter zu treiben, und durch die Gedärme abzuführen. Huius sententiae omnes fere practici, etsi non tam claris semper uerbis id faciant, re tamen ipfa fubscribunt; id quod innumeris probari poffet exemplis, si tractationis scopus id permitteret.

### S. XVI. au sinsten en die hen

Vt itaque patefiat, an reuera tam utilis tamque neceffarius fit catharticorum fortiorum repetitus ufus, breuibus nunc in morbum ipfum inquirendum erit. In descriptione huius mali, nulli non in eo conueniunt, quod fit continuum humoris acris, foetidi, nunc flauo, nunc uiridi colore tincti, ex membro uirili, ftillicidium, arrofioni et exulcerationi non modo glandulae proftatae, fed ipfarum ueficularum seminalium, imo omnium fere partium genitalia conftituen-

u) in tr. de lue uenerea §. 33.

s) uid. Aftruc. tr. de morbis uenereis L. VI. pag. 628.

situentium, ortum sum debens, quae arrosio uenenum quoddam acre, specificum, per concubitum cum infecta in alterum translatum, primariam agnoscit caussam. Prolixiorem huius morbi historiam nolo nunc proponere, quum ubique multis uerbis descriptus inueniatur ; hinc statim ad methodum medendi accedens, formatis indicationibus curatoriis, dispiciam, an purgantia hisce omnino satisfacere posfint. Sunt autem fequentes I.) ut inflammatio partium pracfens ab initio discutiatur, nimiusque dolor demulceatur; 2.) excretio materiae acris et erodentis adiuuetur ; 3.) exulceratae partes abstergantur, mundificentur, tandemque debite consolidentur et roborentur. Propositae hae indicationes sufficiunt, ut arbitror, ad sanandum uirulentum seminis fluxum. Quanquam enim maxima pars medicorum aliam addant, affluxus nempe humorum uitioforum ad partem affectam cohibitionem; ea tamen ob rationes mox adducendas, minus congrua mihi quidem uiderur. Gonorrhoea uirulenta, est exulceratio partium genitalium uirorum, non a cauffa interna, sed ab externa ortum trahens, hinc in M. S. nondum adfunt humores, qui fua natura apti effent ad morbum hunc augendum ; per consequens magis cauendum est, ne materia uenenata per uasa resorbeatur, uel si iam reforpta eft, ne reliquos bonae indolis fuccos ad corruptionem disponat. Secunda ratio, quae mihi disfuadet, quo minus humorum a loco affecto ad alias partes delegationem indicationibus curatoriis addam, est contentio huius cum illa, quae excretionem materiae uirulentae omni modo promouendam nobis iniungit. Excretio maior per locum conuenientem produci potest, quando medicamenta in partes excretioni destinatas tanta ui agunt, ut uberior fluidorum affluxus ad has partes, celeriorque uaforum motus sequatur, quibus mediantibus necessario etiam largior humorum contentorum expressio et euacuatio debet institui. Dum autem fluida

彩( 25 )器

fluida corporis nostri per reuulsionem magis ad alium locum quam qui eorum euacuationi destinatus est, determinantur; non potest fieri, quin excretio in loco conueniente sistatur plane, uel ad minimum imminuatur. Tertia, eaque maxime ponderosa, ratio est, luis uenereae totalis hoc modo prouentus timendus, uenenique a loco excretioni idoneo ad partes nobiliores inuitatio. Quocunque enim modo reuulsio ista instituatur, semper a remediis illam efficientibus celerior uaforum motus oscillatorius inducitur, hic cum uasculis tenuissimis reforbentibus i. e. lymphaticis et uenarum extremitatibus communicatur, haec materiam illam malignam cito magnaque quantitate resorbent, atque cum sanguine commiscent. Admixta hoc modo ui falium suorum coagulantium, bonos succos corrumpit, ita, ut lues uenerea totalis cum suis symptomatibus presso seguatur pede. eux éero esfédum falacatem a diareci

#### 

Adductae hae rationes, uti in genere usum uetant reuulsoriorum medicamentorum, ita simul frequens catharticorum usus iisdem reiicitur. Loquor hic fecundum hypothesin eorum, qui pro purgantibus militant, et ab his notabilem humorum reuulfionem fibi promittunt. A gunt autem, pro meo arbitrio, haec remedia in gonorrhoea uirulenta magis excretionem adiuuando, ob connexionem genitalium cum intestinis (§. IX.) quam reuellendo humores. Sed quidquid sit, siue reuellant, siue eiectioni miasmatis inserviant, in utroque casu plus nocebunt, quam proderunt. Quod ad priorem attinet casum, non dubitabit de ueritate huius rei is. qui antea dicta bene considerabit; quod autem ad eiectionem materiae malignae pessimo adhibeantur consilio, co magis affirmare audeo, tum, quia ad hunc finem consequendum necessario repetitis uicibus exhibita drastica requiruntur, quae uero damna ex his in corpus humanum redundent, §. III. D

S. III. IV. docent, tum quia remedia et efficaciora et tutiora proftant huic malo medentia, id quod in sequenti § monstrabitur. Sed sunt forsitan medici, qui et reuulsionem humorum ab affecto loco, et excretionem ueneni rodentis simul per purgantia impetrare student. Etiamsi hoc ponam, iis. dem tamen remediis reiectis, alia in eorum locum substituere minime haesito. Quum enim indicationes non solam postulent excretionem materiae morbificae, sed et abstersionem et mundificationem ulcusculorum : quilibet medicorum talia potius eliget medicamenta, quibus duas explere poterit indicationes, quam illa, quae uni faltem, idque non fine periculo, satisfaciunt. Purgantia enim ad excession usque adhibita non emendabunt uirus pudendis insidens, quo enim modo id praestarent ? hinc illud magis magisque adiacentes erodet partes, et perpetuo suam ludet tragoediam. Vtrumque uero effectum falutarem a diureticis exspectandum effe, postea dicemus.

# -instant milte aradas §. XVIII.

Buindlyg.

Prius autem, quam ad explicandam egregiam in hoc morbo uirtutem diureticorum accedam, paucis indicabo, quae ratione inflammationis, in principio morbi nerenda occupantis, fint abhibenda. Praemittatur itaque lene laxans mannatum uel rhabarbarinum, minime autem forte purgans, quod inflammationem augeret, partim ad aluum liberam reddendam, expurgandasque primas uias, partim ut reliqua medicamenta felicius atque meliori cum fucceffu poffint operari. Facto hoc procedendum eft, uti in omnibus inflammationibus, temperantibus nimirum, difcutientibus et paregoricis; interne quidem conferunt,  $\square$ , camphora, Puluis temperans, antifpafmod. decocta ex rad. fcorzon. cichor. tarax. C. C. rafp. emulfiones ex feminibus 4. frig. mai. amygdalis dulc. fem. papau. alb. etc. externe uero iniectio-

### 韶( 27 )器

iectiones in urethram, et cataplasmata ex lacte, herbis, floribus et radicibus emollientibus parata, addito Dro, camphora et croco, magnum praebent folatium. therein, a proce nimits without the anonal

XIX.

corofit distribution

Sedata, uel tantum mitigata hoc modo inflammatione, et materia maligna e genitalibus fluere incipiente, ad huius excretionem partiumque exulceratarum abstersionem et mundificationem accedendum eft. Omnes hos effectus a diureticis, et quantitate et qualitate iusta adhibitis, exspectandos esse, omnino affirmo. Si enim ad excretionem ueneni istius respicimus, neminem latere potest, medicamenta diuretica quotidie ad Venerem stimulandam adhiberi; quo autem alio modo agere queunt, quam irritando substantiam renum, quae irritatio per consensum genitales afficit partes, hasque ad contractionem excretionemque seminis disponit. Accidit hoc in naturali statu, quare non idem effectus in praeternaturali sperandus effet? Annon idem adest consensus neruorum? Nonne eadem, imo maior, partium genitalium sensibilitas? Nonne eadem ad excernendos humores contentos procliuitas? Nonne, fi omnia haec adfunt, facillimo modo excretio haec promoueri poterit? Accedit, quod ob frequentem ad meiendum ftimulum, saepius repetita mictio succedat, quacum semper excretio eiusmodi materiae uirulentae, in et circa urethram haerentis, coniuncta effe solet. Sed haec medicamenta, diuretica puta, secundae non solum indicationi satisfaciunt, sed ad tertium quoque scopum consequendum egregie se gerunt. Mundificantia enim et abstergentia quum nullo alio modo agant, quam quod particulis suis salinis, fibrillas carneas corruptas, pusque nimis tenax dissoluant, a sana carne separent, atque ad excretionem disponant: urina optimo iure ad huius classis medicamenta referri poterit, utpote salibus in aqua disfolutis

solutis abunde gaudens. Haec itaque saepius emissa, non modo ulcera urethrae et adiacentium partium, quas alluir, a fordibus repurgat, uerum etiam moleftiffimam lotii suppresfionem, a pure nimis spisso, uiam illi praecludente, ortam impedit, ac fimul, quo minus materia purulenta tenuior, a spisfiori in excretione retardata, altius serpat, profundiusque radices agat, efficit. Nec solis coniecturis innititur uis uringe abstersoria, quum quotidiana hanc probet experientia. Quem enim latere poteft falutaris ille effectus, quem in corporibus a scabie, aliisque cutis efflorescentiis desoedatis, praestat, si quando partes, taliusmodi pustulis obsitae, saepius calida lauantur urina ? Sic a celeberrimis medicis ad praeseruationem gonorrhoeae malignae, tanquam specificum commendari solet urina, flatim post coitum, cum infecta celebratum, intra praeputium retenta, nullum alium in finem, quam ut uenenum corroliuum, in poros balani, praeputii et urethrae sele infinuans, abstergatur, et in principio statim iuguletur. naturali flato, quate non idem, effectus in practernaturali foc-

radis effett Annon iden XX: . & fenfes peruorum i Nonne

Verum tantum abeff, ut, urina fola curationem abfolui poffe, contendam, ut potius ad excretionem eius promouendam. talia fuadeam medicamenta, quae particulis fuis temperatis falinis et balfamicis effectum urinae iuuant et augent ; hac tantum cautela adhibita, ut ab initio fluxus, praefente adhuc inflammatione, uel nulla, uel temperata et mitiora faltem, adhibeantur, quorum tamen locum in proceffu temporis paullo fortiora occupare poffunt. E prioribus, lenibus fc. diureticis, funt radix gramin, bardan, apii, afparagi, rufci, parreirae brauae, chin. farfapar. Herba ueron. uirg. aur. hed. terr. Lignum faffafras, iuniper imo et guaiac.; ex his pro ratione circumftantiarum decocta uel dilutiora, uel magis concentrata confici et citra fudorem propinari poffunt. Medicamentis diureticis paullo fortioribus annumeranda ueniunt balfama 磐( 29 )) 器

fama natiua de Tolu, de copaiua, peruuianum, et inprimistherebinthina Veneta, de qua wEDELIVS in diff. de hac refina conscripta, dicit: therebinthina inter omnia abstersoria excellit et praeualet. Huiusmodi remedia, siue sub forma pillularum, emultionum, bolorum, fiue alia forma exhibeantur, non modo ballamico, quod recondunt, principio suo, toram M. S. a ueneno isto uenereo, per uenas reforbentes cum sanguine forsan communicato, defendunt et liberant; sed et particulis non paucis urinae admixtis ulculcula genitalium abstergunt et mundificant. Iure autem e numero innoxiorum diureticorum excluduntur cantharides, sub quacunque forma exhibeantur : fal enim, quo pollent, acre, uolatile, tanta ui in corpus noftrum agit, ut non modo uentriculo et inteftinis, sed et renibus ipfis inflammationem inducat, imo faepius mictus cruenti cauffa fit. Egregii hac in re funt FR. HOFMANNVS 20) et ASTRVC x); fic horum prior, inter medicamenta, inquit, urinae fluxum promouentia peffime, ut arbitror, a quibus dam referuntur cantharides, et parata ex iis estentia, siguidem uiis urinariis admodum sunt infensae, facileque pernitiosas renum et ueficae inflammationes cum mictu cruento, nisi conuenientibus succurramus remediis, ciere ualent; posterior autem multis uerbis auctores, cantharidum usum suadentes, refutat.

### S. XXI.

Sed reuertamus ad therapiam morbi. Antea itaque nominatis remediis diureticis subiungantur pharmaca, specifice quasi sanguinem a corruptione defendentia, quorum numerum subeunt Tinctura & ü acris et tartaris. Tinctura tartari, Ligni sassa, Ess. Lignor sumar. succini Pimpinell. alb. aliaeque. Sic inprimis e mercurio parata remedia u. gr. & D 3 dulc.

vv) 1. c. Tom. IV. Part. IV. cap. XVII. §. VII. cautel. x) 1. c. Lib. III. cap. II. pag. 201.

dulc. aethiops min. magnae sunt efficaciae ; hoc tantum circa illorum usum observandum uenit, ne nimis frequenter porrigantur, partim ut saliuatio, nimium corum usum sequutura, euitetur, partim autem ut aegrotantes effugiant illa mala, quae uti ASTRVC y) affirmat, repetitum excipiunt mercurialium usum internum, debilitatem nempe uentriculi, auctam sanguinis acrimoniam, ulcera genitalium maligniora et curatu difficiliora, recrudescentes dysuriam, fluxumque gonorrhoicum, antea iam remittentes. Non sufficit autem, ut remediis internis morbi uis infringatur, externis quoque res aggredienda est. Sed nunc non emollientibus, non discutientibus et anodinis agendum, mundificantia et abstersoria in usum cedant ; iniectiones uidelicet ex chelidon. mai. agrimon. ueron. scordio, nicotian. aqua calc. uiu. rofar. etc. cum melle, unguento digeftiuo, grio praecipitato rub. eff. fuccin. myrrh. etc. Ita, fuadente ASTRVC. 2) & in forma unguenti pudendis et circumiacentibus partibus illitus, hic multum ualet, cuius quoque uires dictus auctor his extollit uerbis : Ea sane methodus et efficax est et commo-Efficax quidem, quia atomi mercuriales in cutis spirada. cula, in uaja lymphatica a cute oriunda, in ipfum demum affectarum partium contextum illitu sensim insinuatae, corrosiuas contagii uenerei particulas, quibus morbus inducitur, efficaciter impetunt, infrigunt, destruunt; commoda vero, quia eaedem mercuriales atomi illitus ope, uia breuissima et fine ulla uentriculi noxa ad partes deducuntur, ubi latet seminium uenereum, quod neutrum conuenit praeparatis mercurialibus interne sumptis, uel saltem minus conuenit.

### S. XXII.

Satisfacturi hoc modo primae, secundae, et, quoad primum momentum, tertiae indicationi, tandem ad roborationem

3) 1. c. pag. 194. 2) ib.

躬( 31 )))

rationem partium debilitatarum eo magis omnis neruus intendendus est, quo contumacior inuoluntarius seminis fluxus superato ueneno, semper fere esse solet. Caute uero mercandum est cum adstringentibus, ne iusto citius nec ante omnimodam miasmatis uenerei expulsionem iisdem utamur. Materia nimirum egenitalibus exstillans sit albi coloris, spiffa, inodora, et urina fine dolore emittatur; fin fecus, et fluidum foetens, uiridis coloris, prodeat, dolor sub mictione et inflammatio adhuc praesentes, omnino tam ab internis, quam externis, cuiuscunque fint generis, adstringentibus, abstinendum est ; siguidem excretionem uirulentae materiae inhibendo, eandem ad fanguinem repellunt, bubones, imo totalem luem ueneream efficiunt. Sed si omnia adsunt indicia, usum adstringentium postulantia, tunc eadem remediorum genera, quae S. X. proposuimus, conueniunt. Prorsus tamen, pro internousu, omittenda censeo ex saturno parata ; uti enim omnia saturnina in uentriculo et intestinis grauissimos progignunt morbos, ita inprimis saccharum, fiue quod idem eft, magisterium saturni, ui quadam uenenata pollet. Hinc illud a FRID. HOFMANNO aa) iure in numerum refertur illorum medicamentorum, quae minus tuta et triftibus exemplis quasi infamata sunt. Et sane, si noxas, quas corpori humano inferunt, quarumque catalogum citatus auctor bb) exhiber, consideramus, non possumus non faturnina uenenis annumerare. Quanquam autem internus faturninorum usus suspectus sit, nequaquam tamen improbamus, si externe iusto tempore applicentur, id quod commodiffime per injectiones fit ; fic enim uel plane non, uel in minima saltem quantitate cum sanguine communicantur, et non nisi adstrictione fibrarum atoniam passarum agunt, quam ob uirtutem etiam multis aliis praeferenda sunt remediis.

### S. XXIII.

sa) I. c. Tom. II. cap. VIII. §. XIX. bb) I. c. §. XXI.

### Ş. XXIII.

Sicuti gonorrhoea uirilis benigna, fluorque albus mulierum itidem benignus, parum inter se differunt : ita quoque fluxus seminis uirulentus uirorum, et profluuium seminarum malignum, multis modis conueniunt. Adest sc. in hoc, pariter ac in ifto, stillicidium materiae acris, foetentis, colore ex flaus uiridi praeditae, ex pudendis muliebribus, ab exulceratione uaginae uteri et cum hac connexarum partium proueniens, quae exulceratio, pariter ac in uiris, uenenum, per coitum susceptum, uenereum, causam habet. Diagnosis huius morbi nonnunquam ualde difficilis redditur, ob similitudinem, quam alit cum fluore albo benigno, qui ob acredinem humorum exstillantium interdum erofionem, imo et exulcerationem uuluae comites habet. Accedit, quod aegrae ad suspicionem inhonestae uitae anteactae auertendam, pessimo consilio, fluorem album benignum subesse, mentiantur, ita, ut nonnunquam medico experientissimo imponant. Si quidem BAGLIVIO cc) credere uellemus, facillimo modo de uera morbi natura certi esfepossemus. Infallibile nimirum signum maligni fluoris esse perhibet, fi menstrui fluxus tempore continuet, contrarium benignum indicare fluorem. Sed bene Von LINDERN dd) monuit, non omnino et absolute haec cum experientia conuenire, quum fluor etiam benignus non in omnibus feminis menstruorum tempore cesset, sed, praecipue diutius iam durans, fine ulla intermissione continuet. Vt itaque medicus de ueri morbi praesentia certus esse possit, ad muci exstillantis conditionem respicere debet, qui, quo magis a colore naturali pallido recedit, quo maiore foetore stipatus est, quo tandem grauiora symptomata, inflammationes

cc) in Praxi med. Lib. II. cap. VIII. pag. 197.

dd) 1. c. cap. VII. §. 5. pag 100.

### 彩( 33 )))

tiones, erofiones et exulcerationes genitalium concurrunt, co maior est suspicio miasmatis uenerei latentis.

# VIXX .§. fit, quius therapian.

asissal zisous see

Cognita modo ante dicto morbi natura, cadem ratione, ac in gonorrhoea maligna uirili, curatio inchoanda et absoluenda est; nec aliis indigemus indicationibus, quam quae ad hanc debellandam requiruntur. Hic etiam easdem ob caussas, quas S. XVII. indicauimus, saepius reiteratum purgantium usum reiici, non indiget probatione. Nam ad inflammationem discutiendam tantum abest, ut conferant, ut potius circulum sanguinis augendo, et ad inferiores inprimis partes propellendo, eam grauiorem, et dolorem acutiorem reddant. Excretionem miasmatis uenerei promouere quidem ualent, quae autem simul notanda sint, S. XVII. docet. Vlcera in pudendis enata purgantibus non abstergi, non consolidari, partesque debilitatas non roborari posse, nulla indiget demonstratione. In principio itaque parti inflammatae succurrendum est discutientibus, temperantibus internis ; externe maxime iniectionibus et cataplasmatibus emollientibus, quorum ingredientia e §. XVIII. peti poffunt. Confiteor quidem, in hoc morbo pro excretione ueneni, pro mundificatione ulculculorum, medicamenta diuretica non adeo efficacia esfe, quam in gonorrhoea uirili ; in hac enim urina omnia fere loca exulcerata in transitu suo tangit, id quod in feminis paucis tantum partibus accidit : interea tamen ballamico suo principio sanguinem a corruptione et in. fectione uenerea defendunt, luisque gallicae prouentum impediunt, praecipue si reliqua §. XXI. laudata remedia simul adhibeantur. Optimus autem effectus sperandus est ab externis iniectionibus, quorum materia in cit. S. satis indicata eft, ut eandem nunc repetere, superfluum foret. Tandem

et

et enumeratione remediorum tonicorum, parti affectae applicandorum, eo facilius supersedere possumus, quum exstirpato ueneno, et partibus arrosis consolidatis, haec fluoris species eadem methodo, ac benigna, tractanda fit, cuius therapiam S. XIV. fufficienter exposuimus.

# Ş. XXV.

tione, ac in concir hos

at cluenda. ch

A TROMODION S

Varias huc usque pertractauimus species fluxus seminis, cum benigni, tum maligni; hinc etiam de symptomatibus horum morborum pauca adiungere fas effet. Verum quum haec accidentia uel eandem cum malo principali exposcant curandi methodum, uel externis saltem agendum sit remediis, reliqua filentio praetereuntes, nulla corum praeter bubones attingemus. Bubones effe infarctus glandularum praecipue inguinalium, qui utplurimum ab intempestiue suppressa uirulenta gonorrhoea oriuntur, omnibus notum eft. An autem purgantia medicamenta ad hos fanandos conducant, dubium adhuc uidetur. Verum guidem eft, ac ratione comprobatum, huiusmodi infarctus glandularum difparere post repetitum catharticorum usum, fed quorsum agitur haec materia? nonne cum maximo aegroti detrimento cum sanguine rursus miscetur? Quum enim materia bubonum, consentientibus omnibus auctoribus, sit uirus uenereum, e corpore per genitalia eliminandum, adstringentibus, ucl alio modo retropulsum, ad has uicinas glandulas depositum, humores ibidem circulantes coagulans, uafa obstruens, et consequenter nouis semper affluentibus succis tumorem inducens : quid quaeso peiori suscipi posset consilio, tali medicatione, quae uenenum, tutisfimo, quo fieri potest, modo, e corpore expellendum, uniuersae M. S. affundit, eandemque isto contaminat ? Contrariatur quoque haec curandi methodus primae gonorrhoeae uirulentae indicationi, quae 韶( 35 )器

quae miasmatis uenerei excretionem omni studio iuuandam inculcat. Et in hoc uersatur quoque primarius scopus in fanandis bubonibus. Tentandum nimirum eft, ut, omissis in principio externis obstructae glandulae applicandis, seminis fluxus liber reftituatur ; idquod iniectionibus emollientibus impetrari potest, testante hoc FR. HOFMANNO ee) qui methodum, gonorrhoeam intempestiue suppressam reuocandi, tradens, iuuant quoque, inquit, eodem fine iniectiones lactis dulcis, et decocti auenae cum oleo amygdalarum dulcium remixti, a quibus ego fluxum saepius, iterumque re-uocatum scio. Sin autem hoc impetrari nequeat, et leuis faltem tumor appareat cum modica inflammatione, tune discussio eius adhuc tentari posset, nullis tamen aliis remediis, quam quae Mercurium habent, qui ob uim, qua gaudet, specificam antiueneream, miasma illud in principio ftatim iugulat atque inefficax reddit, ita, ut ad reliquos humores delatum, eos non amplius inficere queat. Ad hanc classem pertinent interne & dulc. et aethiops miner. externe emplastrum de ranis cum grio, uel alia quibus argentum uiuum addi poteft ; imo ipfum unguentum mercuriale, parti dolenti illinendum. THE TELES HI . THECHIE

### S. XXVI.

Sed, ut uerum fatear, etiam discussioni uellem praeferre fuppurationem horum tumorum: sicuti enim medico tutissima femper incedendum est uia, ita et in hoc morbo eam, quae proxime uenenum e corpore eiicit, prae aliis eligere malo, subforibens sententiae duorum quondam Celeberr. Medicorum, FRID. ff) et 10H. MAVR. HOFMANNI gg); quorum prior, bubo-E 2 nes

ee) l. c. §. IX. cautel.

ff) ibid. §. XIII.

gg) in Not. ad Harm. Prax. chym. Lib. II. cap. CCXXXIII. pag. 939.

彩( 36 )器

nes si iunguntur, inquit, quantum fieri potest, emplastro emolliente Agricolae cum oleo byoscyami et sapone malaxato sunt maturandi. Posterior uero his uerbis affertum meum roborat : recte docet cl. Barbette in chirurgia sua, in bubone uenereo nec uenam secandam, nec corpus purgandum este, quamdiu externis remediis eum curari poss pes ulla affusserit, ne bumores maligni, quos natura eiecit, ad interiora retrabantur, sicque lues uenerea causetur; sed suppuratio procuretur omni arte, suppuratusque tumor illico, etiam materia non cocta, aperiatur. Adeoque in boc casu optimo mibi consilio aegris succurrere uidentur, quotquot per diaphoretica appropriata materiam morbificam ad emunctorium universale ablegandum suadent, ne ulteriori affluxu bubonis incrementum augere queat. Purgantibus nibilominus si qui uti uelint, suo id faciant periculo; baec enim non nisi in principio, apparente tantifper tumore, materiam uitiofam buc tendentem, tuto imminuere et auertere possunt. Circa ultima clariff. huius Viri uerba, quibus usun catharticorum si non laudat, tamen non improbat, tantum monendum est, diaphoretica, uti mihi quidem uidetur, in principio morbi eodem fructu, quo purgantia, posse adhiberi ; si enim affluxum magis confirmato iam malo auertere possunt, quare non leuiore saltem obstructione praesente, tonoque uaforum nondum adeo debilitato, eundem praestarent effectum ?

### §. XXVII.


Ad ultimum tandem morborum uenereorum gradum, luem nimirum ipfam gallicam, accedo, in qua miafma illud uniuerfos corporis humores circulantes contaminauit. Haec quidem minus ad fcopum meum pertinere uidetur, quum, nifi forfan ex ueteribus, nullus medicorum malum hoc folis purgantibus debellare contendat. Interim tamen 韬( 37 )舒

men tantus medicorum diffensus eft, ratione praeparationis ad faliuationem, ut fere nesciam, cui me adiungam sententiae. Sic sydenHAM bb) ftrenuus alias purgantium defensor, ingenue fatetur, se ne coniectura quidem assequi poffe, quid fibi uelint crebra ista monita, quibus de corpore, remediis catharticis aliisque rice praeparando, ita ferio cauetur ; et hanc praeparationem maxime relicit, quia uires ad faliuationem sustinendam necessariae, eadem nimium deiicerentur; tandem experientiam testari affirmat, nullis euacuationibus aut alio modo infirmatos faliuationis impetum multo melius suftinere, quam eos, quorum quasi ante praelium incifi sunt nerui. E diametro huic opposita est fententia FR. HOFMANNI ii) praeparationem corporis ad saliuationem defendentis, qui et expressis uerbis dicit, laxantia praecipue huic fini inferuire, ut iisdem superfluae serosae fordes exhabitu corporis exterminentur. Multi alii medici huic quoque affentiunt, et non modo laxantia, sed ipsa purgantia per aliquod tempus quouis altero die propinanda commendant 11). Ex diuersis his sententiis neque uni neque alteri absolute adstipulari possum, sed potius utramque limitandam effe, existimo. Possunt sc. uentriculo et intestinis multis cruditatibus repletis, laxantia locum inuenire, illis autem absentibus etiam haec omitti ; pro abundantia enim seri mucosi imminuenda, ipse ptyalismus optimum remedium est, ut non opus fit, corporis robur purgantibus infringere.

### S. XXVIII.

Restaret adhuc, ut, quod et circa reliquos uenereos morbos observaui, legitimam curandi methodum adiunge-E 3 rem;

bb) 1. c. pag. 398. ii) Tom. IV. Part. IV. cap. IV. § XI. curat. 11) conf. von LINDERN 1. c. pag. 525.



rem ; sed ea ipsa, sue per sudorifera mm) sue per faliuantia, fiue per Mercurium, absque tamen saliuatione, inftituatur, satis superque in omnibus practicis libris exposita inuenitur. An autem GOHLIVS nn) ut perhibet, cum tribus granis Mercurii dulcis, quotidie circa uesperam exhibitis, interpositis simul quouis quarto die purgantibus pilulis, unquam faliuationem excitauerit, dubito. Primo enim dosis Mercurii minor est, quam ut ptyalismum prouocare possit; deinde, etiamsi saliuae fluxum inde exoriri posse concederetur, tamen semper purgantia eundem supprimerent. In eo enim maximum confistit momentum curationis morbi gallici per Mercurium quidem, nulla faliuatione tamen subsequente, ut nempe, statim ac saliuales fauciumque glandulae intumescere incipiunt, purgans sumatur, quo humores, ad superiores corporis partes propulsi, stimulo in uentris uisceribus accedente, uersus inferiora

deriuentur et alliciantur.

# TANTVM

mm) His annumerari poteft ridicula illa luis uenereae curatio, cuius mentionem facit Eckbart im medicinischen Maulassen pag. 502. his uerbis : Es war ein gewisser Bauer nicht weit von Bromberg in Pohlen, der enrirte die von denen Franzosen inficirte Leute mit Pferdemist, in welchen er sie diß an den Halß eingrub, darinnen die Patienten 3. Tage lang ausdauren musten. mv) in Praxi clinica Lid. VI. cap. XXVI. §. 16.



PERILLVSTRIS SENATVS **NORIMBERGENSIS** AVSPICIIS ATQVE AVCTORITATE CONSTITUTIS DOMINIS PRAESIDIBVS GRAVISSIMIS CELEBERRIMI COLLEGII MEDICI QVOD NORIMBERGAE FLORET ILLVSTRIBVS ET GENEROSISSIMIS DOMINIS DOMINO GEORGIO CHRISTOPHORO VOLCKAMER AB ET IN KIRCHENSITTENBACH SENATORI CONSVLARI SCHOLARCHAE ACADEMIAE ALTORFINAE CVRATORI ET ORPHANOTROPHEI PRAEFECTO ET DOMINO CHRISTOPHORO MICHAELI KRESS DE KRESSENSTEIN KRAFTSHOF DVRRENMVNGENAV ET ROETENBACH AD S WOLFGANG. S. R. I. ORDINVM SPLENDIDISS. CIRC. FRANC. A CONSILIIS MILIT. ET PERILL REIP. NOR. SENATORI CONSVLARI ET REI MILITARIS PRAEFECTO DOMINIS AC MAECENATIBVS AETERNA PIETATE DEVENERANDIS

2VTANETVM ETIAM VIJISIG SISNA A BURNENSIS PRAENOBILISSIMIS EXCELLENTISSIMIS EXPERIENTISSIMIS EIVSDEM CELEBERRIMI MEDICORVM NORIMBERGENSIVM COLLEGII DOMINO DECANO DOMINIS SENIORIBVS CETERISQVE DOMINIS DOCTORIBVS ILLE ALT TE INAE CVRA PHYSICIS ORDINARIIS PATRONIS MAXIMOPERE COLENDIS OMNIGENAM FELICITATEM ET FATA AD VOTA FLVENTIA PIE APPRECATVS NMVNGENAV

INAVGVRALE HOC SPECIMEN IN TESTIMONIVM PIETATIS ET OBSERVANTIAE PERPETVAE

D. D. D.

IOHANNES IACOBVS BAIERVS ALTORFINVS.